



BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
2 A
37

AELII DO-
náti de octo pár-
tibus orationis
prima edítio.



PARISIIS.
Ex officina Rob. Stephani.
M.D. XXXVI.

De Nómine.



PARTES ORATIÔNIS QVOT sunt? Octo. Quæ? Nomen, Pronômen, Verbũ, Aduérbium, Particípium, Cõiúnctio, Præpositio, & Interiéctio.

¶ Nomen quid est? Pars oratiônis cum casu, corpus aut rem, própríe, cõmunitérve signíficans. Própríe, vt Roma, Tiberis: Commúniter, vt vrbs, flumen.

¶ Nómini quot áccidunt? Sex. Quæ? Quálitas, cõparátio, genus, númerus, figûra, casus.

¶ Quálitas nóminũ in quo est? Bipertîta est. Quómodo? Aut enim vnîus rei nomen est, & própriũ dícitur: aut multôrum, & est appellatîuum.

¶ Comparatiônis gradus quot sunt? Tres. Qui? Positîuus, vt doctus: Comparatîuus, vt dóctior: Superlatîuus, vt doctíssimus.

Quæ nómina cõparánt? Appellatîua dúntaxat, qualitâtẽ aut quantitâtẽ significántia. Qualitâtẽ, vt bonus, malus: Quantitâtẽ, vt magnus, paruus.

Comparatîuus gradus cui casui seruit? Ablatíuo vtriúsque númeri sine præpositiône. Quómodo? Dícimus enim, Dóctior illo, vel dóctior illis.

Suplatîuus cui? Genitíuo tãtũ plurâli, vel collectíuo singulári. Quómodo? Dícimus enim doctíssimus poetãrũ fuit Virgílius, vel óptimus plebis.

¶ Génera nóminũ quot sunt? Quátuor. Quæ? Masculînũ, vt hic magíster: Fœminînũ, vt hæc musa: Néutrũ, vt hoc scãnũ: Cõmûne, vt hic & hæc sa-

cérdos.Eſt prętéreatriũ génerũ,quod omne dícit vt hic & hæc & hoc fœlix. Eſt & epicœnũ,id eſt, promíſcuũ gen⁹:vt paſſer,áquila,muſtêla, milu⁹.
¶Númeri nóminum quot ſunt?Duo.Qui?Singulâris,vt hic magíſter:Plurâlis,vt hi magíſtri.
¶Figúræ nóminũ quot ſũt?Duæ.Quæ?Simplex, vt decẽs, potens:Cõpóſita,vt índecẽs,ímpotens.
¶Quot modis nómina componúntur?Quátuor. Quibus? Ex duôbus íntegris, vt ſuburbânus: Ex duôbus corrúptis, vt éfficax, múniceps: Ex íntegro & corrúpto,vt inéptus, inſúlſus: Ex corrúpto & íntegro,vt nugigérulus:Aliquãdo ex complúribus,vt inexpugnábilis,impertérritus.
¶Caſus nóminum quot ſunt?Sex.Qui?Nominatîuus,genitîuus,datîuus,accuſatîuus,vocatîuus,& ablatîuus.Per hos enim caſus,ómnium génerum nómina, pronómina, & particípia declinántur hoc modo:
¶Nominatíuo hic magíſter,genitíuo huius magíſtri,datíuo huic magíſtro,accuſat.hũc magíſtrũ vocatíuo ô magíſter,ablatíuo ab hoc magíſtro.
Et pluráliter,Nominatíuo hi magíſtri,genitíuo horum magiſtrôrum,datíuo his magíſtris,accuſatíuo hos magíſtros,vocatíuo ô magíſtri,ablatíuo ab his magíſtris.
¶Nominatíuo hæc muſa, genitíuo huius muſæ, datíuo huic muſæ,accuſatíuo hanc muſam,vocatíuo ô muſa,ablatíuo ab hac muſa.
Et pluráliter, Nominatíuo hæ muſæ, genitíuo harum muſârum,datíuo his muſis,accuſatíuo has muſas,vocatíuo ô muſæ,ablatíuo ab his muſis.
¶Nominatíuo hoc ſcamnũ,genitíuo huius ſcam

ni, datíuo huic ſcamno, accuſatíuo hoc ſcamnum, vocatíuo ô ſcamnum, ablatíuo ab hoc ſcammo.

Et plurálíter, Nominatíuo hæc ſcamna, genitíuo horum ſcamnôrum, datíuo his ſcamnis, accuſatíuo hæc ſcamna, vocatíuo ô ſcāna, ablatíuo ab his ſcamnis.

¶Nominatíuo hic & hæc ſacérdos, genitíuo huius ſacerdôtis, datíuo huic ſacerdóti, accuſatíuo hunc & hanc ſacerdôtem, vocatíuo ô ſacérdos, ablatíuo ab hoc & ab hac ſacerdôte.

Et plurâliter, Nominatíuo hi & hæ ſacerdótes, genitíuo horum & harum ſacerdôtum, datíuo his ſacerdótibus, accuſatíuo hos & has ſacerdótes, vocatíuo ô ſacerdótes, ablatíuo ab his ſacerdótibus

¶Nominatíuo hic & hæc & hoc fœlix, genitíuo huius fœlîcis, datíuo huic fœlíci, accuſatíuo hunc & hāc fœlîcē & hoc fœlix, vocatíuo ô fœlix, ablatíuo ab hoc & ab hac & ab hoc fœlîce vel fœlíci.

Et plurâliter, Nominatíuo hi & hæ fœlíces & hæc fœlícia, genitíuo horum & harum & horum fœlícium, datíuo his fœlícibus, accuſatíuo hos & has fœlíces & hæc fœlícia, vocatíuo ô fœlíces, & ô fœlícia, ablatíuo ab his fœlícibus.

¶Nominatíuo hæc manus, genitíuo huius man⁹, datíuo huic mánui, accuſatíuo hanc manum, vocatíuo ô manus, ablatíuo ab hac manu.

Et plurâliter, Nominatíuo hæ manus, genitíuo harū mánuū, datíuo his mánibus, accuſatíuo has manus, vocatíuo ô man⁹, ablatíuo ab his mánib⁹

¶Nominatíuo hęc res, genitíuo huius rei, datíuo huic rei, accuſatíuo hanc rem, vocatíuo ô res, ablatíuo ab hac re.

Et pluráliter, nominatíuo hæ res, genitíuo harum rerum, datíuo his rebus, accusatíuo has res, vocatíuo ô res, ablatíuo ab his rebus.

¶ Nominatíuo hic vel hæc dies, genitíuo huius diéi, datíuo huic diéi, accusatíuo hūc vel hāc diē, vocatíuo ô dies, ablatíuo ab hoc vel ab hac die. Et pluráliter, Nominatíuo hi dies, genitíuo horum diêrum, datíuo his diêbus, accusatíuo hos dies, vocatíuo ô dies, ablatíuo ab his diêbus.

De Pronómine.

PRonômen quid est? Pars oratiônis, quæ pro Nómine pósita, tantúndem pene significat, personámque intérdū récipit.

¶ Pronómini quot áccidunt? Sex. Quæ? Quálitas, genus, númerus, figûra, persôna, casus.

¶ Quálitas pnominū in quo est? Bipertîta est. Quó modo? Aut enim finîta sūt pnómina, aut infinîta. Quæ sūt finîta? quæ recípiūt psônas, vt ego, tu, ille. Quæ sunt infinîta? Quæ nō recípiunt persônas, vt quis, quæ, quod.

¶ Génera pronóminū quot sunt. Eadē ferè quæ & nóminū. masculîuum, vt quis: fœminînū, vt quæ: néutrum, vt quod: cōmûne, vt talis, qualis: trium génerum quod omne dícitur, vt ego, tu, sui.

¶ Número pronóminū quot sunt? Duo. Qui? Singulâris, vt hic: Plurâlis, vt hi.

¶ Figúræ pronóminum quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex, vt quis: Compósita, vt quisquis.

¶ Persónæ pronóminum quot sunt? Tres. Quæ? Prima, vt ego: Secúnda, vt tu: Tértia, vt ille.

¶Casus item pronóminum quot sunt? Sex, quemádmodum & nóminum. Per hos enim casus ómnium génerum nómina, pronómina, & particípia declinántur hoc modo:

Persónæ primæ, géneris omnis,

Ego, mei vel mis, mihi, me, à me. Et pluráliter, Nos, nostrum vel nostri, nobis, nos, à nobis.

¶Secúndæ persónæ, géneris omnis, Tu, tui vel tis tibi, te, ô tu, à te. Et pluráliter, Vos, vestrum vel vestri, vobis, vos, ô vos, à vobis.

¶Tértiæ persónæ, géneris omnis, Sui, sibi, se, à se. Et pluráliter, Sui, sibi, se, à se.

¶Géneris masculíni, Ille, illîus, illi, illum, ab illo. Et pluráliter, Illi, illôrum, illis, illos, ab illis.

Géneris fœminíni, Illa, illîus, illi, illam, ab illa. Et pluráliter, Illæ, illârum, illis, illas, ab illis.

Géneris néutri, Illud, illîus, illi, illud, ab illo. Et pluráliter, Illa, illôrum, illis, illa, ab illis.

¶Géneris masculíni, Ipse, ipsîus, ipsi, ipsum, ab ipso. Et pluráliter, Ipsi, ipsôrum, ipsis, ipsos, ab ipsis.

Géneris fœminíni, Ipsa, ipsîus, ipsi, ipsam, ab ipsa. Et pluráliter, Ipsæ, ipsârũ, ipsis, ipsas, ab ipsis.

Géneris néutri, Ipsum, ipsîus, ipsi, ipsũ, ab ipso. Et pluráliter, Ipsa ipsôrum, ipsis, ipsa, ab ipsis.

¶Géneris masculíni, Iste, istîus, isti, istum, ab isto. Et pluráliter, Isti, istôrum, istis, istos, ab istis.

Géneris fœmíníni, Ista, istîus, isti, istam, ab ista. Et pluráliter, Istæ, istârum, istis, istas, ab istis.

Géneris néutri, Istud, istîus, isti, istud, ab isto. Et pluráliter, Ista, istôrum, istis, ista, ab istis.

¶Géneris masculíni, Hic, huius, huic, hunc, ab hoc. Et pluráliter, Hi, horum, his, hos, ab his.

Géneris fœminíni, Hæc, huius, huic, hãc, ab hac. Et plurâliter, Hæ, harum, his, has, ab his.

Géneris néutri, Hoc, huius, huic, hoc, ab hoc. Et plurâliter, Hæc, horum, his, hæc, ab his.

¶ Géneris mafculíni, Is, eius, ei, eum, ab eo. Et plurâliter, Ei vel ij, eôrũ, eis vel ijs, eos, ab eis vel ijs.

Géneris fœminíni, Ea, eius, ei, eam, ab ea. Et plurâliter, Eæ, eârum, eis vel ijs, eas, ab eis vel ijs.

Géneris néutri, Id, eius, ei, id, ab eo. Et plurâliter, Ea, eôrum, eis vel ijs, ea, ab eis vel ijs.

¶ Géneris mafculíni, Quis vel qui, cuius, cui, quẽ, à quo vel à qui. Et plurâliter, Qui, quorum, queis vel quibus, quos, à queis vel à quibus.

Géneris fœminíni, Quæ vel qua, cuius, cui, quã, à qua vel à qui. Et plurâliter, Quæ, quarum, queis vel quibus, quas, à queis vel à quibus.

Géneris néutri, Quod vel quid, cuius, cui, quod vel quid, à quo vel à qui. Et plurâliter, Quæ vel qua, quorum, queis vel quibus, quæ vel qua, à queis vel à quibus.

¶ Géneris mafculíni, Meus, mei, meo, meũ, ô mi, à meo. Et plurâliter, Mei, meôrum, meis, meos, ô mei, à meis.

Géneris fœminíni, Mea, meæ, meæ, meã, ô mea, à mea. Et plurâliter, Meæ, meârum, meis, meas, ô meæ, à meis.

Géneris néutri, Meum, mei, meo, meũ, ô meũ, à meo. Et plurâliter, Mea, meôrum, meis, mea, ô mea, à meis.

¶ Géneris mafculíni, Tuus, tui, tuo, tuum, à tuo. Et plurâliter, Tui, tuôrum, tuis, tuos, à tuis.

Géneris fœminíni, Tua, tuæ, tuæ, tuam, à tua. Et

pluráliter, Tuæ, tuârum, tuis, tuas, à tuis.

Géneris néutri, Tuum, tui, tuo, tuum, à tuo. Et pluráliter, Tua, tuôrum, tuis, tua, à tuis.

¶Géneris masculíni, Suus, sui, suo, suum, à suo. Et pluráliter, Sui, suôrum, suis, suos, à suis.

Géneris fœminíni, Sua, suæ, suæ, suam, à sua. Et pluráliter, Suæ, suârum, suis, suas, à suis.

Géneris néutri, Suum, sui, suo, suum, à suo. Et pluráliter, Sua, suôrum, suis, sua, à suis.

¶Géneris masculíni, Noster, nostri, nostro, nostrum, ô noster, à nostro. Et pluráliter, Nostri, nostrôrum, nostris, nostros, ô nostri, à nostris.

Géneris fœminíni, Nostra, nostræ, nostræ, nostram, ô nostra, à nostra. Et pluráliter, Nostræ, nostrârum, nostris, nostras, ô nostræ, à nostris.

Géneris néutri, Nostrum, nostri, nostro, nostrũ, ô nostrum, à nostro. Et pluráliter, Nostra, nostrôrum, nostris, nostra, ô nostra, à nostris.

¶Géneris masculíni, Vester, vestri, vestro, vestrũ, à vestro. Et pluráliter, Vestri, vestrôrum, vestris, vestros, á vestris.

Géneris fœminíni, Vestra, vestræ, vestræ, vestram, à vestra. Et pluráliter, Vestræ, vestrârum, vestris, vestras, à vestris.

Géneris néutri, Vestrum, vestri, vestro, vestrũ, à vestro. Et pluráliter, Vestra, vestrôrum, vestris, vestra, à vestris.

¶Da horum cõpósita: vt Egomet, Tútemet, Súimet: Hicce, Illic, Istic: Illíccine, Istíccine, Híccine, Hǽccine, Hóccine: Idem (in masculíno génere prodúctũ, in néutro verò corréptum) Quisquis, Quísnam, Quíspiam, Aliquis, & cætera.

De Verbo.

VErbum quid eſt? Pars orationis cũ témpore & perſóna, ſine caſu, aut ágere áliquid, aut pati, aut néutrum ſignificans.

¶Verbo quot áccidunt? Septem. Quæ? Modus, Coniugátio, Genus, Númerus, Figûra, Tempus, & Perſôna.

¶Quálitas verbôrum in quo eſt? In modis & ín formis.

¶Modi qui ſunt? Indicatîuus, vt Lego: Imperatîuus, vt Lege: Optatîuus, vt vtinam Légerem: Cõiunctîuus, vt cum Legam: Infinitîuus, vt Légere: Imperſonâlis, vt Légitur.

¶Formæ verbôrũ quot ſunt? Quátuor. Quæ? Perféćta, vt Lego: Meditatîua, vt Lectúrio: Frequẽtatîua, vt Léćtito: Inchoatîua, vt Feruéſco, Caléſco.

¶Coniugatiónes verbôrũ quot ſunt? Tres. Quæ? Prima in A: Secúnda in E: Tértia in I.

¶Prima quæ eſt? Quæ in indicatíuo modo, témpore præſénti, número ſingulári, ſecúnda perſóna, verbo aćtíuo & neutráli, A prodúćtam habet ante nouíſſimam líteram S. Paſſíuo, commúni, & deponénti, ante nouíſſimam ſyllabam R I S: vt Amo amas, Amor amâris. Et futûrum tempus eiúſdem modi, in B O & in B O R ſýllabam mittit: vt Amo amâbo, Amor amâbor.

¶Secúnda quæ eſt? Quæ in indicatíuo modo, témpore præſénti, número ſingulári, ſecúnda perſóna, verbo aćtíuo & neutráli, E prodúćtã habet ante nouíſſimũ líteram S. Paſſíuo, cõmúni, & depo-

nénti, ante nouíssimam sýllabam R I S: vt Dóceo dóces, Dóceor docêris: Et futûrum tempus eiúsdem modi, in B O & in B O R sýllabam mittit: vt Dóceo docêbo, Dóceor docêbor.

¶ Tértia quæ est? Quæ in indicatíuo modo, témpore præsénti, número singulári, secúnda persóna, verbo actíuo & neutráli, I corréptã, vel I prodúctam habet ante nouíssimam líteram. Passíuo, commúni, & deponénti, pro I lítera, E corréptã, vel I prodúctam habet ante nouíssimam sýllabam: vt Lego legis, Legor légeris: Aúdio audis, Aúdior audîris. Et futûrum tempus eiúsdem modi, in A M & in A R sýllabam mittit: vt Lego legam, Legor legar: Aúdio aúdiam, Aúdior aúdiar.

¶ Vbi possunt hæc discérni? Hæc in imperatíuo, & in infinitíuo modo statim discérni possunt, vtrum I líteram corréptam hábeant, an prodúctã. Nam corrépta si fúerit I lítera, in E conuértitur: prodúcta si fúerit, non mutâtur.

Est quãdo tértia cõiugâtio futûrum tempus nõ in A M & in A R tantũ, sed etiã in B O & in B O R sýllabam mittit intérdum, cum I líteram nõ corréptam habúerit, sed prodúctam: vt Eo is ibo: Queo quis quibo: Eam vel Queam.

¶ Génera verbôrum quot sunt? Quinque. Quæ? Actîua, Passîua, Neútra, Deponéntia & Commúnia.

Actîua quæ sunt? Quæ in o défінunt: sed accépta R lítera fáciunt ex se passîua: vt Lego, legor.

Passîua quæ sunt? Quæ in R défínũt: & ea dempta rédeunt in actîua: vt Legor lego.

¶Néutra quæ sunt? Quæ in o désinunt vt actíua, sed accépta R lítera, Latína non sunt: vt Sto, Curro. Nam Stor, Curror, non dícitur.
¶Sũt prætérea neutropassíua, vt Gáudeo, gauîsus sum: Sóleo, sólit⁹ sum: Fio, fact⁹ sum: Fido, fisus sũ
¶Deponéntia quæ sunt? Quæ in R símiliter désinunt, vt passíua: sed ea dempta, Latîna nõ sunt: vt Luctor, Loquor, Sequor, Nascor & órior.
¶Commúnia quæ sunt? Quæ símiliter in R désinunt: sed in duas formas cadũt, agéntis & patiéntis: vt ósculor, Críminor. Dícimus enim, ósculor te, & ósculor à te: Críminor te, & críminor à te.
¶Números verbôrum quot sunt? Duo. Qui? Singulâris, vt lego: Plurâlis, vt légimus.
¶Figúræ verbôrum quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex, vt lego: Compósita, vt négligo.
¶Témpora verbôrũ quot sunt? Tria. Quæ? Præsens, vt lego: Prætéritũ, vt legi: Futûrũ, vt legam.
¶Quot sunt témpora in declinatiône verbôrum? Quinque. Quæ? Præsens, vt lego: Prætéritum imperféctum, vt legêbam: Prætéritum perféctum, vt légi: Prætéritum plus quàm perféctũ, vt légeram: Futûrum, vt legam.
¶Persónæ verbôrum quot sunt? Tres. Quæ? Prima, vt lego: Secúnda, vt legis: Tértia, vt legit.

De Aduérbio.

A Duérbium quid est? Pars oratiônis, quæ adiécta verbo, significatiônem eius explânat atque implet.
¶Aduérbio quot áccidunt? Tria. Quæ? Significá-

tio,Comparátio,& Figûra.

¶Significátio aduerbiôrum in quo eſt?Quia ſunt aduérbia aut loci, aut témporis, aut númeri, &c.

Da aduérbia loci:vt Hic vel ibi,illic vel inde, intus vel foris,intrò vel foras.

Da témporis:vt Hodie,nunc,nuper,heri,cras, alíquando,olim,tunc,cum, dum,iam,ſemper,ſerò,manè,modó.

Da númeri:vt Semel,bis,ter,quater.

Da negándi:vt Haud,non,nequâquam.

Da affirmándi:vt Etiam,quidni,certé.

Da demonſtrándi:vt En,ecce.

Da optándi:vt Vtinam.

Da hortándi:vt Eià,agé.

Da órdinis:vt Déinde,déinceps.

Da interrogándi:vt Cur,quare,quámobrem.

Da ſimilitúdinis:vt Quaſi,ceu,tanquam,velut, véluti,ſic,ſicut,ſícuti.

Da qualitâtis:vt Doctè,pulchrè,fórtiter,bene, male,ſuáuiter.

Da quantitâtis: vt Multum,parum,módicum, nímium,vel mínimum.

Da dubitándi: vt Forſan, fórſitan,fortáſſis vel fortáſſe.

Da perſonália:vt Mecum,tecum,ſecum,nobíſcum,vobíſcum.

Da vocándi: vt ô,heus.

Da reſpondéndi:vt Hem.

Da ſeparandi:vt Séorſum,rétrorſum.

Da iurándi:vt ædepol,Caſtor,Hercle,mediuſfídius.

Da eligéndi:vt Pótius,imó.

Da congregándi: vt, Simul, vnà, páriter.
Da prohibéndi: vt, Ne.
Da euéntus: vt, Fortè, fortúitu.
Da comparándi: vt, Magis, plus, minus, tam, vel quàm, maximè.
¶Comparátio aduerbiôrum in quo est? In tribus grádibus comparatiônis: Positíuo, Cõparatíuo, & Superlatíuo.
Da aduérbium positíui gradus: vt, Doctè.
Da comparatíui: vt, Dóctius.
Da superlatíui: vt, Doctíssime.
¶Figúræ aduerbiôrũ quot sunt? Duæ. Quæ? Símplex, vt doctè, prudénter: Compósita, vt indoctè, imprudénter.
¶Aduérbia locália sunt: In loco, vel de loco, vel ad locum, vel per locum. Sed in loco, & de loco, eándem significatiônẽ habent: vt, Intus sum, intus éxeo: Foris sum, foris vénio. Ad locum autem & per locum, áliam significatiônem habent: vt, Intrò eo, foras eo. Déintus autem, & déforis sic non dícitur: quómodo nec ad foras, vel in foras. Per locum autem: vt Hàc, illàc, istàc.

De Participio.

PArticípium quid est? Pars oratiônis partem cápiẽs Nóminis, partémque verbi. Récipit enim à Nómine, génera & casus: à Verbo, témpora & significatiônes: ab vtrôque, númerum & figûram.

¶ Participio quot áccidũt? Sex. Quæ? Genus, Casus, Tempus, Significátio, Númerus, & Figûra.
¶ Génera participiôrũ quot sunt? Quátuor. Quæ? Masculinum, vt hic lectus. Fœmininũ, vt hæc lecta: Néutrum, vt hoc lectũ: Omne, vt hic & hæc & hoc legens.
¶ Casus participiôrum quot sunt? Sex. Qui? Nominatíuus, vt hic & hæc & hoc legẽs: Genitíuus, vt huius legéntis: Datíuus, vt huic legénti: Accusatíuus, vt hunc & hanc legéntem & hoc legens: Vocatiuus, vt ô legens: Ablatíuus, vt ab hoc & ab hac & ab hoc legénte vel legénti.
Témpora participiôrum quot sũt? Tria. Quæ? Præsens, vt Legens: Prætéritum, vt Lectus: Futûrum, vt Lectûrus vel legéndus.
¶ Significatiónes participiôrũ in quo sunt? Quia ab actíuo verbo duo participia véniunt: Præsens & futûrum: vt Legẽs, & lectûrus. A passíuo duo: Prætéritum & futûrum: vt Lectus, legéndus. A néutro, duo sicut ab actíuo: Præsens & futûrũ: vt Stans, statûrus. A deponénti, tria: Præsens, prætéritũ & futûrum: vt Loquẽs, locûtus, locutûrus. A commúni, quátuor: Præsens, prætéritum, & duo futûra: vt Críminãs, criminâtus, criminatûrus vel criminándus.
¶ Númeri participiôrum quot sunt? Duo. Qui? Singulâris, vt hic legens: Plurâlis, vt hi legéntes.
¶ Figúræ participiôrum quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex, vt legens: Compósita, vt négligens.
¶ Nominatíuo hic & hæc & hoc legens, genitíuo hui⁹ legéntis, datíuo huic legénti, accusátiuo hũc & hãc legẽtẽ & hoc legens, vocatíuo ô legens,

ablatíuo ab hoc & ab hac & ab hoc legénte vel legénti.

Et plurâliter, Nominatíuo hi & hæ legéntes & hæc legéntia, genitíuo horũ & harum & horum legéntum vel legéntium, datíuo his legéntibus, accusatíuo hos & has legéntes & hæc legéntia, vocatíuo ô legéntes & ô legéntia, ablatíuo ab his legéntibus.

¶Nominatíuo lectus lecta lectum, genitíuo lecti lectæ lecti, datíuo lecto lectæ lecto, accusatíuo lectum lectã lectum, vocatíuo ô lecte lecta lectũ, ablatíuo à lecto lecta lecto.

Et plurâliter, Nominatíuo lecti lectæ lecta, genitíuo lectôrum lectârum lectôrũ, datíuo lectis, accusatíuo lectos lectas lecta, vocatíuo ô lecti lectæ lecta, ablatíuo à lectis.

¶Nominatíuo lectûrus lectûra lectûrũ, genitíuo lectúri lectúræ lectúri, datíuo lectúro lectúræ lectúro, accusatíuo lectûrum lectûram lectûrũ, vocatíuo ô lectûre lectûra lectûrum, ablatíuo à lectúro lectúra lectúro.

Et plurâliter, Nominatíuo lectúri lectúræ læctûra, genitíuo lecturôrũ lecturârũ lecturôrũ, datíuo lectúris, accusat. lectúros lectúras lectûra, vocatíuo ô lectúri lectúræ lectûra, ablatíuo à lectúris

¶Nominatíuo legéndus legénda legéndum, genitíuo legéndi legéndæ legéndi, datíuo legéndo legéndæ legéndo, accusatíuo legéndum legéndam legéndum, vocatíuo ô legénde legénda legéndũ, ablatíuo à legéndo legénda legéndo.

Et plurâliter, Nominatíuo legéndi legéndæ legénda, genitíuo legendôrum legendârum legen-

dôrum, datíuo legéndis. Accusatíuo legéndos legéndas legénda, vocatíuo ô legéndi legéndæ legénda, ablatíuo à legéndis.

De Cõiũctiône.

C Oniúnctio quid est? Pars oratiônis, annéctens ordinánsque senténtiam.

¶ Coniunctióni quot áccidunt? Tria. Quæ? Potéstas, figûra, & ordo.

¶ Potéstas coniunctiônum quot spécies habet? Quinque. Quas? Copulatíuas, disiunctíuas, expletíuas, causáles & rationáles.

Da copulatíuas: vt, &, que, quoque, at, atque, ac, ast.

Da disiũctíuas: vt, Aut, ve, vel, ne, nec, an, neq;.

Da expletíuas: vt, Quidẽ, équidem, saltem, vídelicet, quanquam, quanuis, quoque, enim, autem, porrò, licet, tamen, verúntamen, sináutem.

Da causáles: vt, Si, etsi, étiã, etiámsi, tamétsi, síquidem, quando, quandóquidem, quin, quinétiã, quátinus, sin, seu, siue, neu, nam, nãque, ni, nisi, nisi si, enim, étenim, ne, sed, intérea, quámobrẽ, præsértim, item, itémque, cæterũ, alióquin, prætérea.

Da rationáles: vt, Ita, ítaq;, enim, étenim, enímuero, quia, quare, quápropter, quóniam, quandóquidem, quippe, nempe, ergo, ídeo, ígitur, scílicet, vidélicet, proptérea, idcirco.

Figúræ coniunctiônum quot sunt? Duæ. Quæ? Simplex, vt nam: Compósita, vt nanque.

¶ Ordo cóiunctiônum in quo est? Quia aut præ-

poſitíuæ cōiunctiónes ſunt, vt at, ac, aſt: Aut ſubiunctíuæ, vt que, ne, ve: Aut commúnes, vt ergo, ídeo, ígitur.

De Præpoſitiône.

Præpoſítio quid eſt? Pars oratiônis, quæ præpóſita álijs pártibus oratiônis, ſignificatiônem eârum aut complet, aut mutat, aut mínuit.

¶Præpoſitióni quot áccidunt? Vnum. Quid? Caſus tantum. Quot caſus? Duo. Qui? Accuſatîuus & ablatîuus.

Da præpoſitiónes caſus accuſatíui: Ad, apud, ante, aduérſum, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, poné, per, prope, propter, ſecúndum, poſt, trans, vltra, præter, ſupra, círciter, vſque, ſecus, penes.

Quómodo? Dícimus enim, Ad patrē, apud villam, ante ædes, aduérſum inimícos, cis Rhenum, citra forum, circum vicínos, circa templum, contra hoſtes, erga propínquos, extra términos, inter naues, intra mœnia, infra tectum, iuxta macéllū, ob augúrium, pone tribûnal, per paríetem, prope fenéſtram, propter diſciplînam, ſecúndum fores, poſt tergum, trans ripam, vltra fines, præter offícium, ſupra cælum, círciter annos, vſque Océanū, ſecus viam, penes árbitros.

Da præpoſitiónes caſus ablatíui: A, ab, abs, cū, coram, clam, de, é, ex, pro, præ, palam, ſine, abſque, tenus.

Quómodo? Dícimus enim, A domo, ab hómine, abs quólibet, cũ exércitu, corã téstib⁹, clã custódi bus, de foro, è iure, ex præfectúra, pro cliéntibus, præ timôre, palam ómnibus, sine labôre, absque iniúria, tenus pube, quod nos dícim⁹, pube ten⁹.

¶Da vtriúsque casus præpositiónes: In, sub, super, & subter.

Quãdo accusatíuo cásui séruiũt? Quãdò nos, vel quóllibet ad locũ ire, isse, itúros esse significâmus.

Quando ablatíuo cásui séruiunt? Quando nos, vel quóslibet in loco esse vel fuísse, vel futúros esse significâmus.

IN, accusatíui casus: vt Itur in antîquam syluã.

IN, ablatíui casus: vt Stant celsa in puppi.

SVB, accusatíui casus: vt -postésque sub ipsos Nitúntur grádibus.

SVB, ablatíui casus: vt Arma sub aduérsa pósuit radiántia quercu.

SVPER quam vim habet? Vbi locum signíficat, magis accusatíuo cásui seruit, quàm ablatíuo: vbi verò mentiônẽ alicúius rei fácimus, ablatíuo tantũ: vt, Multa super Príamo rógitãs, super Héctore multa: hoc est, de Príamo & de Héctore.

IN quem vim habet? Etiam tũc accusatíuo cásui seruit, cum significat CONTRA: vt, In adúlterum, & in desertôrem.

SVBTER quam vim habet? Eandem quam & superióres ad locum & in loco significántes.

¶Quæ præpositiónes quæ à dictiónibus separári non possunt? Di, dis, re, se, am, con. Quómodo? Dícimus enim, Didúco, dístraho, recípio, sécubo, ampléctor, congrédior.

¶Quæ ſũt quæ cõiungi nõ poſſũt? Apud & penes

¶Quæ ſunt quæ cõiungúntur & ſeparántur? Réliquæ penè omnes.

De Interiectiône.

INteriéctio quid eſt? Pars oratiônis ſignificãs mentis affẽctũ voce incógnita. Interiectióni quot áccidũt? Vnũ. Quid? Significátio tantum.

¶Significátio interiectiônũ in quo eſt? Quia aut lætítiam mentis ſignificâmus, vt Euœ: aut dolôrem, vt heu: aut admiratiônem, vt papè: aut metum, vt atat, & ſiqua ſunt ſimília.

CONIVGATIO VERBORVM.

Amo.

¶Indicatíuo modo, témpore præſénti, Amo, amas, amat. Et plurâliter, Amâmus, amâtis, amãt.

Prætérito imperfecto, Amâbam, amâbas, amâbat. Et plurâliter, Amabâmus, amabâtis, amábãt.

Prætérito perfécto, Amáui, amauíſti, amâuit. Et plurâliter, Amáuimus, amauíſtis, amauérunt vel amauêre.

Prætérito plus quàm perfécto, Amáuerã, amáueras, amáuerat. Et plurâliter, Amauerâmus, amauerâtis, amáuerant.

Futúro, Amâbo, amâbis, amâbit. Et plurâliter, Amábimus, amábitis, amábunt.

¶Imperatíuo modo,témpore præſénti,ad ſecún dam & tértiam perſônam, Ama,amet. Et pluráliter, Amêmus,amâte,ament.

Futúro, Amâto tu,vel ille. Et pluráliter, Amêmus,amatôte,amánto.

¶Optatíuo modo,témpore præſénti,& prætérito imperféꝍo, vtinam Amârem,amáres,amâret. Et pluráliter,vtinam Amarêmus,amarêtis, amárēt.

Prætérito perféꝍo,& plus quàm perféꝍo,vtinā Amauîſſem,amauíſſes,amauîſſet. Et pluráliter,vtinam Amauiſſèmus,amauiſſêtis, amauíſſent.

Futúro, vtinam Amem,ames,amet. Et pluráliter, vtinam Amêmus,amêtis,ament.

¶Coniūꝍíuo modo,témpore præſénti,Cum Amem,ames,amet. Et pluráliter, Cum Amêmus, amêtis,ament.

Prætérito imperféꝍo,Cū Amârē,amáres,amâret. Et pluráliter,Cū Amarêm⁹,amarêtis,amárēt

Prætérito perféꝍo,Cum Amáuerim,amáueris, amáuerit. Et pluráliter,Cum Amauérimus,amauéritis,amáuerint.

Prætérito plus quàm perféꝍo,Cū Amauîſſem, amauíſſes,amauîſſet. Et pluráliter,Cum Amauiſſêmus,amauiſſêtis,amauíſſent.

Futúro,Cū amáuero,amáueris,amáuerit. Et pluráliter,Cum amauerîmus,amauerîtis,amáuerint.

¶Infinitíuo modo,témpore præſénti,& prætérito imperféꝍo,ſine númeris & perſónis, Amâre.

Prætérito pféꝍo,& plus q̄ perféꝍo, Amauîſſe.

Futúro,Amâtum ire,vel amatûrum eſſe.

AMATVR.

¶Verbo imperſonáli,Indicatíuo modo,témpore

præſénti, Amâtur.
Prætério imperfécto, Amabâtur.
Prætérito perfécto, Amâtum eſt vel fuit.
Prætérito plus quàm perfécto, Amâtum erat vel fúerat. Futúro, Amábitur.
¶Infinitiuo modo, témpore præſénti, Amêtur.
Futúro, Amâtor.
¶Optatíuo modo, témpore præſénti, & prætérito imperfécto, vtinam Amarêtur.
Prætérito perfécto, & pl⁹ quàm perfécto, vtinã Amâtũ eſſet vel fuíſſet. Futúro, vtinã Amêtur.
¶Cõiũctiuo modo, tẽpore præſénti, Cũ Amêtur.
Prætérito imperfécto, Cum Amarêtur.
Prætérito perfécto, Cum Amâtũ ſit vel fúerit.
Prætérito plus quàm perfécto, Cum Amâtum eſſet vel fuíſſet.
Futúro, Cum amâtum erit vel fúerit.
¶Infinitíuo modo, témpore præſénti, & prætérito imperfécto, ſine númeris & perſónis, Amári.
Prætérito perfécto, & plus quàm perfécto, Amâtum eſſe vel fuíſſe.
Futúro, Amâtum iri.
¶Gerúndia, vel participiália verba ſunt hæc: Amándi, amándo, amándum.
¶Supîna, Amâtum, amâtu.
¶Duo participia trahũtur ab hoc verbo actíuo, præſéntis témporis & futúri. Præſéntis, vt Amãs: Futúri, vt Amatûrus.

Amor.

¶Indicatíuo modo, témpore præſénti, Amor, a-

mâris vel amâre,amâtur.Et pluráliter, Amâmur, amámini,amántur.

Prætérito imperfécto, Amâbar, amabâris vel amabâre,amabâtur.Et pluráliter, Amabâmur,amabámini,amabántur.

Prætérito perfécto, Amâtus ſum vel fui, amâtus es vel fuíſti,amâtus eſt vel fuit. Et pluráliter, Amáti ſumus vel fúimus,amáti eſtis vel fuiſtis,amáti ſunt fuérunt vel fuêre.

Prætérito plus quàm perfécto,Amâtus erã vel fúerã,amâtus eras vel fúeras,amâtus erat vel fúerat.Et pluráliter,Amáti erâmus vel fuerâmus,amáti erâtis vel fuerâtis,amáti erant vel fúerant.

Futúro,Amâbor,amáberis vel amábere,amábitur.Et plur.Amábimur,amabímini, amabúntur.

¶Imperatíuo modo,témpore præſénti,ad ſecúndam & tértiam perſônam,Amâre,amêtur.Et pluráliter,Amêmur,amámini,améntur.

Futúro,Amâtor tu vel ille. Et pluráliter,Amêmur,amáminor,amántor.

¶Optatíuo modo,témpore præſénti,& prætérito imperfécto,vtinam Amârer,amarêris vel amarêre,amarêtur.Et pluráliter,vtinam Amarêmur,amarémini,amaréntur.

Prætérito perfécto, & plus quàm perfécto,vtinam Amâtus eſſem vel fuiſſem, amâtus eſſes vel fuíſſes,amâtus eſſet vel fuiſſet.Et pluráliter,vtinã Amáti eſſêmus vel fuiſſêmus, amáti eſſêtis vel fuiſſêtis,amáti eſſent vel fuíſſent.

Futúro,vtinã Amer,amêris vel amêre,amêtur. Et pluráliter,vtinã Amémur,amémini,améntur.

¶Coniunctíuo modo, témpore præſénti, Cum

Amer, amêris vel amêre,amêtur. Et pluráliter, Cum Amêmur,amémini,améntur.

Prætérito imperfécto,Cum Amârer,amarêris vel amarêre,amarêtur.Et pluráliter,Cum Amarêmur,amarémini,amaréntur.

Prætérito perfécto, Cũ amâtus sim vel fúerim, amâtus sis vel fúeris,amâtus sit vel fúerit.Et pluráliter,Cum Amáti simus vel fuérimus,amáti sitis vel fuéritis,amáti sint vel fúerint.

Prætérito plus quàm perfécto,Cũ Amâtus essẽ vel fuíssẽ,amâtus esses vel fuísses,amâtus esset vel fuísset.Et plurál.Cũ Amáti essêm⁹ vel fuissêmus, amáti essêtis vel fuissêtis,amáti essent vel fuíssent.

Futúro,Cum amâtus ero vel fúero,amâtus eris vel fúeris,amâtus erit vel fúerit.Et pluráliter,Cũ Amáti érimus vel fuerîmus,amáti éritis vel fuerîtis,amáti erunt vel fúerint.

¶Infinitíuo modo,témpore præsénti,& prætérito imperfécto, sine númeris & persónis, Amári.

Prætérito perfécto,& plus quàm perfécto,Amâtum esse vel fuísse.

Futúro, Amâtum iri.

¶Duo particípia trahúntur ab hoc verbo passíuo, prætériti témporis & futúri. Prætériti,vt Amâtus:Futúri,vt Amándus.

Dóceo.

¶Indicatíuo modo,témpore præsénti,Dóceo,doces,docet.Et pluráliter,Docêmus,docêtis,docẽt.

Prætérito imperfécto, Docêbã,docébas,docê-

bat. Et plurâliter, Docebâmus, docebâtis, docébãt

Prætérito perfécto, Dócui, docuísti, dócuit. Et plurâliter, Docúimus, docuîstis, docuérunt vel docuêre.

Prætérito plus quàm perfécto, Docúeram, docúeras, docúerat. Et plurâliter, Docuerâmus, docuerâtis, docúerant.

Futúro, Docêbo, docêbis, docêbit. Et plurâliter, Docébimus, docébitis, docébunt.

¶ Imperatíuo modo, témpore præsénti, ad secúndam & tértiam persônam, Doce, dóceat. Et plurâliter, Doceâmus, docête, dóceant.

Futúro, Docêto tu, vel ille. Et plurâliter, Doceâmus, docetôte, docénto.

¶ Optatíuo modo, témpore præsénti, & prætérito imperfécto, vtinã Docêrem, docéres, docêret. Et plurâliter, vtinam Docerêmus, docerêtis, docérent.

Prætérito perfécto, & plus quàm perfécto, vtinam Docuîssem, docuísses, docuîsset. Et plurâliter, vtinam Docuissêmus, docuissêtis, docuíssent.

Futúro, vtinam Dóceam, dóceas, dóceat. Et plurâliter, vtinam Doceâmus, doceâtis, dóceant.

¶ Coniunctíuo modo, témpore præsénti, Cũ Dóceam, dóceas, dóceat. Et plurâliter, Cum Doceâmus, doceâtis, dóceant.

Prætérito imperfécto, Cum docêrem, docéres, docêret. Et plurâliter, Cum Docerêmus, docerêtis, docérent.

Prætérito perfécto, Cũ Docúerim, docúeris, docúerit. Et plurâliter, Cum Docuérĩmus, docuérĩtis, docúerint.

Prætérito plus quàm perfécto, Cũ Docuíssem, docuísses, docuísset. Et plurálíter, Cum docuissêmus, docuissêtis, docuíssent.

Futúro, Cũ Docúero, docúeris, docúerit. Et plurálíter, Cum Docuerîmus, docuerîtis, docúerint.

¶Infinitíuo modo, témpore præsénti, & prætérito imperfécto, sine númeris & persónis, Docêre.

Prætérito perfécto, & plus quàm perfécto, Docuísse.

Futúro, Doctum ire vel doctûrum esse.

Docêtur.

¶Verbo impersonáli, Indicatíuo modo, témpore præsénti, Docêtur.

Prætérito imperfécto, Docebâtur.

Prætérito perfécto, Doctum est vel fuit.

Prętérito plus quàm perfécto, Doctum erat vel fúerat.

Fúturo, Docébitur.

¶Imperatíuo modo, tẽpore præsénti, Doceâtur. Futúro, Docêtor.

¶Optatíuo modo, témpore præsénti, & prætérito imperfécto, ýtinam Docerêtur.

Prætérito perfécto, & plus quàm perfécto, ýtinam, Doctum esset vel fuísset.

Futúro, ýtinam Doceâtur.

¶Coniunctíuo modo, témpore præsénti, Cum Doceâtur.

Prætérito imperfécto, Cum Docerêtur.

Prætérito perfécto, Cum doctum sit vel fúerit.

Prætérito plus quàm perfécto,Cum doctum esset vel fuîsset.

Futúro,Cum Doctum erit vel fúerit.

¶Infinitíuo modo,témpore præsénti,& prætérito imperfécto,sine númeris & persónis,Docéri.

Prætérito perfécto,& plus quàm perfécto,Doctum esse vel fuîsse.

Futúro,Doctum iri.

¶Gerúndia vel participiália verba sunt hęc,Docéndi,docéndo,docéndum.

¶Supîna,Doctum,doctu.

¶Duo particípia trahúntur ab hoc verbo actíuo, præséntis témporis & futúri. Præséntis,vt Docens:Futúri,vt Doctûrus.

Dóceor.

¶Indicatíuo modo, témpore præsénti, Dóceor, docêris vel docêre,docêtur.Et pluráliter,Docêmur,docémini,docéntur.

Prætérito imperfécto,Docêbar, docebâris vel docebâre, docebâtur.Et pluráliter, Docebâmur, docebámini,docebántur.

Prætérito perfécto,Doctus sum vel fui,doctus es vel fuísti, doctus est vel fuit.Et pluráliter,Docti sumus vel fúimus, docti estis vel fuîstis, docti sunt fuérunt vel fuêre.

Prætérito plus quàm perfécto,Doctus eram vel fúeram,doctus eras vel fúeras,doctus erat vel fúerat.Et pluráliter,Docti erâmus vel fuerâmus,docti erâtis vel fuerâtis,docti erant vel fúerant.

Futúro,Docêbor,docéberis vel docébere,docébit

Et plurâliter, Docébimur, docebímini, docebúnt.

¶Imperatíuo modo, témpore præsénti, ad secúndam & tértiam persônam, Docêre, doceâtur. Et plurâliter, Doceâmur, docémini, doceántur.

Futúro, Docêtor tu, vel ille. Et plurâliter, Doceâmur, docéminor, docéntor.

¶Optatíuo modo, témpore præsénti, & prætérito imperfécto, vtinam Docêrer, docerêris vel docerêre, docerêtur. Et plurâliter, vtinã Docerêmur, doceremini, docerentur.

Prætérito perfécto, & plus quàm perfécto, vtinã Doctus essem vel fuissem, doctus esses vel fuísses, doctus esset vel fuîsset. Et plurâliter, vtinam Docti essêmus vel fuissêmus, docti essêtis vel fuissêtis, docti essent vel fuíssent.

Futúro, vtinam Dócear doceâris vel doceâre, doceâtur. Et plurâliter, vtinam Doceâmur, doceámini, doceántur.

¶Coniunctíuo modo, témpore præsénti, Cũ Dócear, doceâris vel doceâre, doceâtur. Et plurâliter Cum Doceâmur, doceámini, doceántur.

Prætérito imperfécto, Cum Docêrer, docerêris vel docerêre, docerêtur. Et plurâliter, Cum Docerêmur, docerémini, docerentur.

Prætérito perfécto, Cũ doctus sim vel fúerim, doctus sis vel fúeris, doctus sit vel fúerit. Et plurâliter, Cũ docti simus vel fuérimus, docti sitis vel fuéritis, docti sint vel fúerint.

Prætérito plus quàm perfécto, Cum Doctus essem vel fuîssem, doctus esses vel fuísses, doctus esset vel fuîsset. Et plurâliter, Cum docti essêmus vel fuissêmus, docti essêtis vel fuissêtis, docti es-

sent vel fuissent.

Futúro, Cum Doctus ero vel fúero, doctus eris vel fúeris, doctus erit vel fúerit. Et plurâliter, Cũ docti érimus vel fuerîmus, docti éritis vel fuerîtis, docti erunt vel fúerint.

¶Infinitiuo modo, témpore præsénti, & præteríto imperfécto, sine números & persónis, Docéri.

Prætérito perfécto, & plus quàm perfécto, Doctum esse vel fuisse.

Futúro, Doctum iri.

¶Duo participia trahúntur ab hoc verbo passíuo, prætériti témporis & futúri. Prætériti, vt doctus: Futúri, vt Docéndus.

Lego.

¶Indicatíuo modo, témpore præsénti, Lĕgo, lĕgis, lĕgit. Et plurâliter, Légimus, légitis, legunt.

Prætérito imperfécto, Legêbam, legébas, legêbat. Et plurâliter, Legebâmus, legebâtis, legébãt.

Prætérito perfécto, Legi, legísti, lēgit. Et plurâliter, Légimus, legîstis, legérunt vel legêre.

Prætérito plus quàm perfécto, Légerã, légeras, légerat. Et plurál. Legerâmus, legerâtis, légerant.

Futúro, Legam, leges, leget. Et plurâliter, Legêmus, legêtis, legent.

¶Imperatíuo modo, témpore præsénti, ad secúndam & tértiam persônam, Lege, legat. Et plurâliter, Legâmus, légite, legant.

Futúro, Légito tu, vel ille. Et plurâliter, Legâmus, legitôte, legúnto.

¶Optatíuo modo, témpore præſénti, & prætérito imperfécto, vtinã Légerem, légeres, légeret. Et plurâliter, vtinam Legerêmus, legerêtis, légerent.

Prætérito perfécto, & plus quàm perfécto, vtinã Legíſſem, legíſſes, legíſſet. Et plurâliter, vtinam Legiſſêmus, legiſſêtis legíſſent.

Futúro, vtinam Legam, legas, legat. Et plurâliter, vtinam Legâmus, legâtis, legant.

Cõiũctíuo modo, témpore præſénti, Cũ Legã, legas, legat. Et plurâl. Cũ legâmus, legâtis, legãt.

Prætérito imperfécto, Cum Légerem, légeres, légeret. Et plurâliter, Cum Legerêmus, legerêtis, légerent.

Prætérito perfécto, Cũ Légerim, légeris, légerit Et plurâliter, Cũ Legérimus, legéritis, légerint.

Prætérito plus quàm perfécto, Cum Legíſſem, legíſſes, legíſſet. Et plurâliter, Cum Legiſſêmus, legiſſêtis, legíſſent.

Futúro, Cum Légero, légeris, légerit. Et plurâliter. Cum Legerîmus, legerítis, légerint.

¶Infinitíuo modo, témpore præſénti, & prætérito imperfécto, ſine número & perſónis, Légere.

Prætér. pfécto, & plus quàm perfécto, Legíſſe.

Futúro, Lectum íre, vel lectûrum eſſe.

Légitur.

¶Verbo imperſonáli, Indicatíuo modo, témpore præſénti, Légitur.

Prætérito imperfécto, Legebâtur.

Prætérito perfécto, Lectum eſt vel fuít.

Prætérito plus q̃ pfécto, Lectũ erat vel fúerat.

Futúro, Legêtur.
¶Imperatíuo modo, témpore præſénti, Legâtur.
Futúro, Légitor.
¶Optatíuo modo, témpore præſénti, & prætérito imperféćto, vtinam Legerêtur.
Prætérito perféćto, & plus quàm perféćto, vtinam, Lectum eſſet vel fuiſſet.
Futúro, vtinam Legâtur.
¶Cõiũctíuo modo, tẽpore præſénti, Cũ Legâtur.
Prætérito imperféćto, Cum Legerêtur.
Prætérito perféćto, Cum Lectum ſit vel fúerit.
Prætérito plus quàm perféćto, Cum Lectum eſſet vel fuiſſet.
Futúro, Cum Lectum erit vel fúerit.
¶Infinitíuo modo, témpore præſénti, & prætérito imperféćto, ſine números & perſónis, Legi.
Prætérito perféćto, & plus quàm perféćto, Lectum eſſe vel fuiſſe.
Futúro, Lectum iri.
¶Gerúndia vel participiália verba ſunt hæc, Legéndi, legéndo, legéndum.
¶Supîna, Lectum, lectu.
¶Duo participia trahúntur ab hoc verbo actíuo, præſéntis témporis & futúri. Præſéntis, vt Legens: Futúri, vt Lectûrus.

Legor.

¶Indicatíuo modo, témpore præſénti, Legor, légeris vel légere, légitur. Et pluráliter, Légimur, legímini, legúntur.
Prætér. imperféćto, Legêbar, legebâris vel lé-

gebâre,legebâtur.Et plurâliter, Legebâmur,legebámini,legebántur.

Prætérito perfecto, Lectus sum vel fui,lectus es vel fuísti,lectus est vel fuit.Et pluráliter, Lecti sumus vel fúimus, lecti estis vel fuîstis, lecti sunt fuérunt vel fúêre.

Prætérito plus quàm perféćto, Lectus eram vel fúeram,lectus eras vel fúeras,lectus erat vel fúerat.Et plurâliter,Lecti erâmus vel fuerâmus,lecti erâtis vel fuerâtis,lecti erant vel fúerant.

Futúro, Legar,legêris vel legêre,legêtur.Et pluráliter, Legêmur,legémini,legéntur.

¶Imperatíuo modo témpore præsénti,ad secúndam & tértiam persônam, Légere,legâtur.Et pluráliter, Legâmur,legímini,legántur.

Futúro, Légitor tu,vel ille.Et pluráliter, Legâmur,legíminor,legúntor.

¶Optatíuo modo, témpore præsénti,& prætérito imperféćto,vtinā Légerer,legerêris vel legerêre,legerêtur.Et pluráliter,vtinam Legerêmur, legerémini,legeréntur.

Prætérito perféćto,& plus quàm perféćto, vtinam Lectus essem vel fuíssem, lectus esses vel fuísses,lectus esset vel fuísset. Et pluráliter, vtinam lecti essêmus vel fuissêmus,lecti essêtis vel fuissêtis,lecti essent vel fuíssent.

Futúro,vtinā Legar,legâris vel legâre,legâtur. Et pluráliter,vtinā Legâmur,legámini,legántur.

¶Coniunctíuo modo, témpore præsénti,Cū Legar,legâris vel legâre,legâtur.Et pluráliter,Cum Legâmur,legámini,legántur.

Prætérito imperféćto,Cum Légerer,legerêris

vel legerêre, legerêtur. Et plurâliter, Cum legerêmur, legeréminí, legeréntur.

Prætérito perfécto, Cũ Lectus sim vel fúerim, lectus sis vel fúeris, lectus sit vel fúerit. Et plurâliter, Cum Lecti simus vel fuérimus, lecti sitis vel fuéritis, lecti sint vel fúerint.

Prætétito plus quàm perfécto, Cũ Lectus essem vel fuîssem, lectus esses vel fuísses, lectus esset vel fuísset. Et plurâliter, Cũ lecti essêm⁹ vel fuissêmus, lecti essêtis vel fuissêtis, lecti essent vel fuíssent.

Futúro, Cum Lectus ero vel fúero, lectus eris vel fúeris, lectus erit vel fúerit. Et plurâliter, Cum lecti érimus vel fuerîmus, lecti éritis vel fuerîtis, lecti erunt vel fúerint.

¶Infinitíuo modo, témpore præsénti, & prætérito imperfécto, sine númeris & persónis, Legi.

Prætérito perfécto, & plus quàm perfécto, Lectum esse vel fuísse.

Futúro, Lectum iri.

¶Duo partícipia trahúntur ab hoc verbo passíuo, prætériti témporis & futúri: Prætériti, vt Lectus: Futúri, vt Legéndus.

Aúdio.

¶Indicatíuo modo, témpore præsénti, Aúdio, audis, audit. Et plurâliter, Audîmus, audîtis, áudiũt

Prætérito imperfécto, Audiêbã, audiébas, audiêbat. Et plurál. Audiebâmus, audiebâtis, audiébãt.

Prætérito perfécto, Audíui, audiuísti, audíuit. Et plur. audíuim⁹, audiuîstis, audiuérũt vel audiuêre

Prætérito plus quàm perfécto, Audíueram, audíueras, audíuerat. Et pluráliter, Audiuerâmus, audiuerâtis, audíuerant.

Futúro, Aúdiam, áudies, áudiet. Et pluráliter, Audiêmus, audiêtis, áudient.

¶ Imperatíuo modo, témpore præsénti, ad secúndam & tértiam persônam, Audi, áudiat. Et pluráliter, Audiâmus, audîte, áudiant.

Futúro, Audîto tu, vel ille. Et pluráliter, Audiâmus, auditôte, audiúnto.

¶ Optatíuo modo, témpore præsénti, & prætérito imperfécto, útinã Audîrẽ, audíres, audîret. Et pluráliter, útinam Audirêmus, audirêtis, audírent.

Prætérito perfécto, & plus quàm perfécto, útinã Audiuîssem, audiuísses, audiuîsset. Et pluráliter, útinam Audiuissêmus, audiuissêtis, audiuíssent.

Futúro, útinam Aúdiam, áudias, áudiat. Et pluráliter, útinam Audiâmus, audiâtis, áudiant.

¶ Coniunctíuo modo, témpore præsénti, Cum Aúdiam, áudias, áudiat. Et pluráliter, Cum Audiâmus, audiâtis, áudiant.

Prætérito imperfécto, Cũ Audîrẽ, audíres, audîret. Et plurál. Cũ Audirêmus, audirêtis, audírent.

Prætérito perfécto, Cum Audíuerim, audíueris, audíuerit. Et pluráliter, Cum Audiuérimus, audiuéritis, audíuerint.

Prætérito plus quàm perfécto, Cum Audiuîssem, audiuísses, audiuîsset. Et pluráliter, Cum Audiuissêmus, audiuissêtis, audiuíssent.

Futúro, Cum Audíuero, audíueris, audíuerit. Et plurál. Cũ Audiuerîmus, audiuerîtis, audíuerint.

¶ Infinitíuo modo, témpore præsénti, & prętérito

imperfécto, sine númeris & persónis, Audíre.

Prætérito perfécto, & plus quàm perfécto, Audiuísse.

Futúro, Audítum ire, vel auditûrum esse.

Audîtur.

❡Verbo impersonáli, Indicatíuo modo, témpore præsénti, Audîtur.

Prætérito imperfécto, Audiebâtur.

Prætérito perfécto, Audîtum est vel fuit.

Prætérito plus quàm perfécto, Audîtum erat vel fúerat.

Futúro, Audiêtur.

❡Imperatíuo modo, tēpore præsénti, Audiâtur.

Futúro, Audîtor.

❡Optatíuo modo, témpore præsénti, & prætérito imperfécto, ὑtinam Audirêtur.

Prætérito perfécto, & plus quàm perfécto, ὑtínam Audîtum esset vel fuîsset.

Futúro, ὑtinam Audiâtur.

❡Coniunctíuo modo, témpore præsénti, Cum Audiâtur.

Prætérito imperfécto, Cum Audirêtur.

Prætérito perfécto, Cum Audîtū sit vel fúerit.

Prætérito plus quàm perfécto, Cum Audîtum esset vel fuîsset.

Futúro, Cum Audîtum erit vel fúerit.

❡Infinitíuo modo, témpore præsénti, & prætérito imperfécto, sine númeris & persónis, Audíri.

Prætérito perfécto, & plus quàm perfécto, Audîtum esse vel fuîsse.

Futúro, Audîtum iri.

¶Gerúndia vel participiália verba sunt hæc: Au diéndi, audiéndo, audiéndum.

¶Supîna, Audîtum, audítu.

¶Duo particípia trahũtur ab hoc verbo passíuo, præséntis tẽporis & futúri. Præséntis, vt Aúdiẽs: Futúri, vt Auditûrus.

Aúdior.

¶Indicatíuo modo, témpore præsénti, Aúdior, audîris vel audîre, audîtur. Et plurâliter, Audîmur, audímini, audiúntur.

Prætérito imperfécto, Audiêbar, audiebâris vel audiebâre, audiebâtur. Et plurâliter, Audiebâmur audiebámini, audiebántur.

Prætérito perfécto, Audîtus sum vel fui, audîtus es vel fuísti, audîtus est vel fuit. Et plurâliter, Audíti sumus vel fúimus, audíti estis vel fuîstis, audíti sunt, fuérunt vel fuêre.

Prætérito plus quàm perfécto, Audîtus erã vel fúeram, audîtus eras vel fúeras, audîtus erat vel fuerat. Et plurâliter, Audíti erâmus vel fuerâmus, audíti erâtis vel fuerâtis, audíti erant, vel fúerant.

Futúro, Aúdiar, audiêris vel audiêre, audiêtur. Et plurâliter, Audiêmur, audiémini, audiéntur.

¶Imperatíuo modo, témpore præsénti, ad secúndam & tértiam persônam, Audîre, audiâtur. Et plurâliter, Audiâmur, audímini, audiántur.

Futúro, Audîtor tu, audîtor ille. Et plurâliter, Audiâmur, audíminor, audiúntor.

¶Optatíuo modo, témpore præsénti, & prætérito

imperféčto, vtinam Audîrer, audirêris vel audirê re, audirêtur. Et plurâliter, vtinam Audirêmur, audirémini, audiréntur.

Prætérito perféčto, & plus quàm perféčto, vtinam Audîtus essem vel fuîssem, audîtus esses vel fuísses, audîtus esset vel fuîsset. Et plurâliter, vtinã Audíti essêmus vel fuissêm⁹, audíti essêtis vel fuissêtis, audíti essent vel fuíssent.

Futúro, vtinam Aúdiar, audiâris vel audiâre, audiâtur. Et plurâliter, vtinam Audiâmur, audiámini, audiántur.

¶ Coniunčtíuo modo, témpore præsénti, Cum Aúdiar, audiâris vel audiâre, audiâtur. Et plurâliter, Cum Audiâmur, audiámini, audiántur.

Prætérito imperféčto, Cum Audîrer, audirêris vel audirêre, audirêtur. Et plurâliter, Cum Audirêmur, audirémini, audiréntur.

Prætétito perféčto, Cum Audîtus sim vel fúerim, audîtus sis vel fûeris, audîtus sit vel fúerit. Et plurâliter, Cum Audíti símus vel fuérimus, audíti sitis vel fuéritis, audíti sint vel fúerînt.

Prætérito plus quàm perféčto, Cum Audîtus essem vel fuîssem, audîtus esses vel fuísses, audîtus esset vel fuîsset. Et plurâliter, Cum audíti essêmus vel fuissêmus, audíti essêtis vel fuissêtis, audíti essent vel fuíssent.

Futúro, Cũ Audîtus ero vel fúero, audîtus eris vel fúeris, audîtus erit vel fûerit. Et plurâliter, Cũ Audíti érimus vel fuerîmus, audíti éritis vel fuerîtis, audíti erunt vel fúerint.

¶ Infinitíuo modo, témpore præsénti, & prætérito imperféčto, sine númeris & persónis, Audíri.

Prætérito perféƈto, & plus quàm perféƈto, Audîtum eſſe vel fuîſſe.

Futúro, Audîtum iri.

¶Duo participia trahũtur ab hoc verbo paſſíuo, prætériti tẽporis & futúri. Prætériti, vt Audîtus: Futúri, vt Audiéndus.

Sum.

¶Indicatíuo modo, témpore præſénti, Sũ, es, eſt. Et pluráliter, Sumus, eſtis, ſunt.

Prætérito imperféƈto, Eram, eras, erat. Et pluráliter, Erâmus, erâtis, erant.

Prætérito perféƈto, Fui, fuíſti, fuit. Et pluráliter, Fúimus, fuîſtis, fuérunt vel fuêre.

Prætérito plus quàm perféƈto, Fúeram, fúeras, fúerat. Et pluráliter, Fuerâmus, fuerâtis, fúerant.

Futúro, Ero, eris, erit. Et pluráliter, Erimus, éritis, erunt.

¶Imperatíuo modo, témpore præſénti, ad ſecúndam & tértiam perſônam, Sis vel es, ſit. Et pluráliter, Simus, ſitis vel eſte, ſint.

Futúro, Eſto tu, vel ille. Et pluráliter, Simus, eſtôte, ſunto.

¶Optatíuo modo, témpore præſénti, & prætérito imperféƈto, vtinã Eſſem, eſſes, eſſet. Et pluráliter, vtinam Eſſêmus, eſſêtis, eſſent.

Prætérito perféƈto, & plus quàm perféƈto, vtinam Fuîſſem, fuíſſes, fuîſſet. Et pluráliter, vtinam fuiſſêmus, fuiſſêtis, fuíſſent.

Futúro, vtinam Sim, ſis, ſit. Et pluráliter, vtinam Simus, ſitis, ſint.

¶Coniunctíuo modo, témpore præsénti, Cum Sim, sis, sit. Et pluráliter, Cum Simus, sitis, sint.

Prætérito imperfécto, Cum essem, esses, esset. Et pluráliter, Cum essêmus, essêtis, essent.

Prætérito perfécto, Cum Fúerim, fúeris, fúerit. Et pluráliter, Cum Fuérimus, fuéritis, fúerint.

Prætérito plus quàm perfécto, Cum fuîssem, fuísses, fuîsset. Et pluráliter, Cum fuissêmus, fuissêtis, fuíssent.

Futúro, Cum fúero, fúeris, fûerit. Et pluráliter, Cum Fuerîmus, fuerîtis, fúerint.

¶Infinitíuo modo, témpore præsénti, & prætérito imperfécto, sine númeris & persónis, Esse.

Prætérito plus quàm perfécto, Fuîsse.

Futúro caret.

¶Gerúndijs & Supínis caret.

¶Participia, Ens & Futûrus: sed Ens nõ est in vsu.

Volo.

¶Indicatíuo modo, témpore præsénti, Volo, vis, vult. Et pluráliter, Vólumus, vultis, volunt.

Prætérito imperfécto, Volêbam, volébas, volêbat. Et pluráliter, Volebâmus, volebâtis, volébãt.

Prætérito perfécto, Vólui, voluísti, vóluit. Et plurál. Volúimus voluîstis, voluérũt vel voluêre.

Prætérito plus quàm perfécto, Volúeram, volúeras, volúerat. Et pluráliter, Voluerâmus, voluerâtis, volúerant.

Futúro, Volam, voles, volet. Et pluráliter, Volêmus, volêtis, volent.

¶Imperatíuo modo, témpore præsénti, ad secún-

dam & tértiam persônam, Velis, velit. Et plurâliter, Velimus, velîtis, velint. Futúro caret.
❡Optatíuo modo, témpore præsénti, & prætérito imperfécto, vtinam Vellem, velles, vellet. Et plurâliter, vtinam Vellêmus, vellêtis, vellent.

Prætérito perfécto, & plus quàm perfécto, vtinã Voluíssem, voluísses, voluîsset. Et plurâliter, vtinã Voluissêmus, voluissêtis, voluíssent.

Futúro, vtinam Velim, velis, velit. Et plurâliter, vtinam Velîmus, velîtis, velint.
❡Coniunctíuo modo, témpore præsénti, Cũ Velim, velis, velit. Et plur. Cũ Velîm⁹, velîtis, velint

Prætérito imperfécto, Cum Vellẽ, velles, vellet Et plurâliter, Cum Vellêmus, vellêtis, vellent.

Prætérito perfécto, Cum Volúerim, volúeris, volúerit. Et plurâliter, Cum Voluérimus, voluéritis, volúerint.

Prætérito plus quàm perfécto, Cum Voluîssem, voluísses, voluîsset. Et plurâliter, Cum Voluissêmus, voluissêtis, voluíssent.

Futúro, Cũ Volúero, volúeris, volúerit. Et plurâliter, Cum voluerîmus, voluerîtis, volúerint.
❡Infinitíuo modo, témpore præsénti, & prætérito imperfécto, sine númeris & persónis, Velle.

Prætérito perfécto, & plus q̃ perfécto, Voluîsse.

Futúro caret. Gerúndijs & supínis caret.

Vnum participium habet, quod est Volens.

EXCVDEBAT ROB. STEPHANVS
PARISIIS, ANN. M.D.XXXVI.
IX. CAL. IVNII.

W

